



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XLIII. De Mediis, quæ ad caussam testati & intestati pertinere
possunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

pruatur iure successione. Tria enim in hac priuatione requiruntur, 1. vt adimpleri sine eo non possit, 2. vt moueatur personaliter a iudice, 3. vt intra annum non impleat. Et tunc hereditate priuatur & prelegatis, etiam si aliter testator huiusmodi ei ea relicta-
 rus, *auth. hoc amplius. C. de fideicom. §. si quis autem non impleuerit, de her. & Falco. in auth. explicat hoc pluribus Guil. Bened. in c. Rajn-
 riuus, ad ver. si absque liberis, 2. in fideicom. substi. nu. 198. 199. 200. vsq. ad 209.* Quæ tamen vera non sunt in lex casibus, quos explicat
 Guil. Bened. in pro. cit. loco ad nu. 209. vsq. ad 218. 1. Si iusta de
 causa citra negligentiam heres implere non possit, *Pan. conf. 60.*
facit l. nulli, C. de episcop. & cler. 2. Si implementum non respicit
commodum pecuniarum alterius, non oportet iuncta gl. si. de his
quib. et indig. vel animam testatoris, cuius implementum non debet
differe, c. licet de vo. & vot. red. §. si quis autem, cum §§. proced.
de eccl. tit. 3. Si damnosa est hereditas, & eo priuato alii noluit eam
acceptare, Guil. Bened. d. rationem in praed. loco nu. 212. gloss. in §. si
vero non impleuerit, de her. & Falco. colla. 1. Facit text. l. si quis solidum,
de her. in fit. gl. in l. ea sola, de reg. iur. P. 4. Si agatur de regno, comita-
tatu, aut baronia, Pan. in c. inuoluto, de iur. iur. Bald. in authen.
hoc amplius, C. de fideicom. nisi filius patri implere promississet, & age-
retur de salute publica, vt in c. licet, de voto. 5. Si testator penam
non implenti heredi imponat, cessat legalis, cui renuntiasse testa-
tor videtur, l. 1. §. 1. de pen. lega. l. si fundum sub conditione, §. Strychum
Sempro. de leg. 1. Postremo motuosus heres non dicitur, nec ea de
causa priuatur iure suo, si testator exsecutores testamentarios con-
stituerit speciales, Bart. in d. authen. amplius, per tex. in l. multa, de
condit. & demon. §. si quis autem, de eccl. tit. in auth. quando heres
sine exsecutore non potest exsequialias contra. Et nisi remoto
vel mortuo exsecutore, iudex monuisset heredem, vt impleret,
Vide qua in probationem adfert Guil. Bened. in praed. loco, nu. 215.
 Potes hic addere alia remedia quæ diximus dari contra heredes
 legataris, paulo ante cap. 3.

8 ¶ Iure pontificio, si ante annum non exsequatur heres volu-
 tatem testatoris a die monitionis, in rebus piis executio deuolu-
 nitur ad episcopum, *c. nos quidem, 3. de testam. §. si quis edificatio-*
ne, de eccl. tit. vide Pan. in c. iudicante, & c. si heredes, de test. Et si
adhuc parere de facto contemnat, ex concilio Moguntino, ab e-
piscono loci illius omnis res, quæ ei relicta est, canonicè interd-
ditur cum fructibus & reliquis emolumentis, d. c. si heredes, 6. etiã
si testator dixerit, ne ad episcopum cura deuolueretur, ca. tuanos,
17. de testa. §. si quis autem pro redemptione, de eccl. tit. in auth. au-
th. licet, de episc. & cler. Nam & in negligentiam quoque exsecutoris
dati deuolutio fit ad episcopum, l. nulli, 28. eo. tit. Exstat Emanuelis
Comneni Imperatoris Orientis constitutio nouella Græca, lib.
1. iur. Orienta. de executio. testamentorum, qua instituto Chri-
sto, vel pauperibus, vel pia causa, iubetur, ne lis executionis ultra
duos menses prorogetur, & intra quattuor dies, si fieri possit
propter salutem animæ defuncti fiat distributio: vultque episcop-
um in casu negligentia, & ecclesiæ œconomum, vel ipsius Im-
peratorem fieri exsecutorem.

9 ¶ Exsecutor datus, vel alius is dicitur, qui secundum conscien-
 tiam id est, secundum id quod voluisse scit vel presumit testa-
 torem, facit quod a testatore ei iniunctum est, *d. l. nulli, §. & si qui-*
dem. Exsecutorem alioquin dicimus, qui ad finem iam decretum
ducit, l. exsecutorem, de exsec. rei iud. habita ratione eius quod ex-
ponendum est a testatore iustum, secundumque impostam for-
nam. Et ita, cum pro diuersitate negotiorum, plures species con-
stitui possint exsecutorum, hic agetur taatum de testamentatio

seu vltimæ voluntatis. ¶ Ex dispositione iuris communis omnes
 cuiuscunque sexus viri & mulieres possunt esse exsecutores vlti-
 marum voluntatum. Item minores 25. annis, *l. a filio, 55. de alim.*
& cib. lega. gl. in c. religiosus, 2. de testam. in 6. Et religiosi, petita li-
centia a superiore, d. c. religiosus. De mulieribus ad secundas nup-
tias transeuntibus tamen, Barto. in d. l. a filio herede, ait, si exsecu-
trices datæ sint, illis dari coadiutores, vel manus earum ad epi-
scopum deuolui. Qui habet personatum vel ecclesiasticam di-
gnitatem, non potest esse exsecutor testamentorum laicorum, c.
ex parte, 70. dist. c. literis, de concef. preb. quia prohibentur istæ per-
sonæ esse administri & procuratores laicorum, c. sacerdotibus, ne
cler. vel mona. c. ex parte, de post. prala. ca. episcopus, 8. dist. ministri
autem dicuntur exsecutores, l. si quis a Titio, 10. de leg. 2. d. ca. reli-
giosus, de testa. in 6. cap. si. 86. dist. l. generaliter, de episcop. & cler. nisi
hinc exsecutores eorum, quæ disposita sunt pro anima defuncti,
& relictorum ad pias causas, Clem. exini, §. proinde, & §. verum, de
verb. sig. Exceptis mendicantibus cordigeris, qui nullo modo dari
possunt exsecutores: nisi distributo sit faciendâ inter eisdem ordi-
nis monachos & moniales, Bart. in traht. mino. lib. 3. c. 1. ¶ Post
sunt vnus & plures dari exsecutores, quorum vno mortuo, aut
exsequi nolente vel absente, alter exsequi potest, nisi contrarium
testator exprefferit, c. si §. si de test. in 6. vide Specu. in tit. de instrum.
edit. §. nunc vero aliqua, in ver. queritur an exsecutores presentiu,
nu. 49. ¶ Forma generalis exsequendi, vt ante omnia conficiantur
inuentarium bonorum, si sint generales exsecutores: nam sine eo
non possunt rationem gesti reddere, ad quam tenentur, & ad reli-
qua præstanda, in x. l. Lucius, 53. de man. test. lib. 40. P. tit. 4. l. si
quis ita, §. l. si duo, de statu. li. eo. li. P. tit. 7. Quemadmodum qui no-
mine tutorio administrat, antequam aliquid gerat, inuentarium
facere debet, l. tutor qui repositus, de adu. iur. & rationum
redditionem ab inuentarii exhibitio ne incipere, posteaq; ratio-
naliam exhibere, l. 1. §. de seruis, de iur. & ratio. dist. excutiendæ
namque sunt exsecutorum rationes, vt sciamus reliqua quæ ab il-
lis sunt præstanda, l. si cui libertas, 49. de cond. & demonst. Creditur
tamen testamentorum exsecutorum iuramento, num accepta
expendierint, dummodo illorum non interfit, vt sint bonæ famæ
& vitæ, & sine suspitione, Bal. in l. captatoris, de mili. test. Cyn. Bar.
in l. pro redemptione, §. 1. per illum tex. C. de donatio. Cauet & stylus
Parisienfis, du petit chastelet, tit. des examinateurs, c. 10. vt exsecuto-
res testamentarii cogantur statim post annua morte testatoris
reddere rationem executionis. Ita & placuit, vt quod testator vi-
uus vni exsecutori dedit expendendi causa in sepulturam vel in
aliam rem si non expendatur, quod superest non expensum resti-
tui heredi, See. l. Lucius Titius, 90. §. 1. de leg. 2. Nudus quippe mi-
nister est, neque quicquam apud eum remanere debet, l. si quis Titio,
cod. Potestas tamen pendente executione retinendi data pe-
nes eum est, videlicet mobilia, non immobilia: neque heres ante
executionem conueniri de interdicto possessorio aduersus eum
potest pro mobilibus, quamuis recte audiatur pro immobilibus,
vt placuit curiæ Parisiensis supra 1. Septem. 1377. vide Traq.
le mort saisi levif. par. 7. Pap. lib. 20. ar. 10. tit. 9. ar. 4. & s. Attamen
aliquando & immobilia defuncti vendere potest pro legatorum
solutione, si mobilia non sufficiunt: vt iudicatum in eadem curia,
12. Iunii 1555. Paulus lib. 20. tit. 6. ar. 9. ¶ Notabile illud, vt in
hac executione non possit exsecutor in Gallia sibi a testatore de-
bitum accipere, quamuis iure communi liceat: sed debet ab he-
rede petere, Spec. tit. de infra. edit. §. nunc aliqua, vers. 39. vt placuit
eidem curiæ 5. Maii, 1536. Pap. lib. 20. r. haps. ar. tit. 9. ar. 2.

DE MEDIIS, QUÆ AD CAUSAM TESTAMENTI ET INTESTATI PERTINERE POSSVNT. LIBER XLIII.

De Codicillis. Cap. 1.

Instit. Lib. 2. tit. si P. lib. 29. tit. 7. C. lib. 6. tit. 36.

- 1 Codicilli pertinent ad causam testati & intestati & bonorū possessio.
- 2 Codicilli vnde dicti, & codex.
- 3 Codicilli quid, & eorum cum testamento differentia. Et quod hereditas directo codicillis nec dari nec adiri potest.
- 4 Codicillorum species, quomodo differant ab epistolis, de quibus si-ant, & a quibus forma codicillandi, quomodo cum testamento & sine testamento fiant. nu. 5. 6. & 7.
- 8 Codicilli ante testamentum facti habent vires a testamento.

- 9 Codicilli post testamentum facti vel approbantur vel improbat-ur cum ipso testamento.
- 10 Locus primus codicillis validis usus.
- 11 Multis codicillis etiam sine testamento valent.
- 12 Codicillis scripta valent, si modo nihil derogent institutioni: non autem.
- 13 Codicillis plures fieri possunt validæ non testamenta.
- 14 Codicillaris alius sine effectu & forma.
- 16 Inuoluntarium negotio appositum continet, vt valeat meliori iure, quo valere possit adiri.



- 16 Codicillaris clausula quando non firmat testamentum. § 22.
- 17 Codicillorum finis in testamento, firmare testamentum & voluntatis ultima facilius exitus.
- 18 Substitutio directa in fideicommissariam, quando testamentum iure codicillorum sustinetur, transit: quando non. nu. 22.
- 19 Codicillorum pendens ex testamento, ante & post testamentum factorum, & eorum que sunt in testamento ipso notabilis differentia.
- 20 Codicillorum & testamenti differentia in consideranda capacitate actionis testamentaria.
- 21 Que actiones dentur pro relicto in Codicillis.
- 22 Codicillorum admittendorum rationes.

Codicillorum ¶ ius aliquando ad testamenti naturam accedit, & aliquando fauet causæ intestati, medium quoddam inter vtramq; successionem: vt & bonorū possessio. Quare de illis, antequam aggrediamur reliqua, exequamur pauca oportet. Iulianus ait, Codicillorum ius esse singulare, vt perinde habeantur in his scripta, ac si scripta in testamento essent, l. 2. §. 1. de iure codicil. P. Finguntur enim ibi quædam, ac si facta fuissent, & ad venientes ab intestato aliquando referuntur, l. si quis cum testamento, eod. ¶ Codex a caudice, a codice vero codicillus, & codicilli dicuntur, vt ait Varro, cum enim codex dicatur testamentum a Iustiniāno, & a Iuuenale:

*Nam codice saxo
Heredes veterat esse suos.*

Re&e appendices testamentorum, vel chartulas, quæ protestamentis habentur, codicillos dicimus. ¶ Codicilli dicuntur in questione propoſita, voluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam sine heredis institutione directa fieri voluit, hanc finitionem a testamento, l. 1. de test. P. mutuati sumus, additis verbis, sine heredis institutione directa, quæ substantialem eius & codicillorum ostendunt differentiam: quia codicillis non potest directo relinqui, vt in testamentis, sed tantum per obliquum, per fideicommissum hereditas, §. codicilli, & §. directo, de codicil. l. 2. §. si de iure codicil. P. l. 2. & l. si idem, C. de codicil. l. Scenola ad Trebel. P. cum similib. Neq; in illis exheredatio, quemadmodum nec institutio fieri potest, l. non codicillum, C. de Codicil. nec adimi data hereditas, l. 2. C. eo l. hereditas, 4. de iis quib. vt indig. C. Exceptis codicillis militis, in quibus hæc sunt, l. militis codicillis, de milit. test. P. quia militis voluntas omnis pro testamento legitimo seruatur, si iure militari fiat, l. 1. l. miles si testamentum, eo. cum ¶ Codicillorum duæ species, alii namq; cum scriptura, alii per nuncupationem sine scriptura fiunt, l. si. C. de bon. libe. l. si. §. si. in his scriptis, C. de codicil. l. generatim, de sacro eccles. proprie autem, cum scripturam breui, & veluti tabulis & pugillaribus comprehensa voluntas, codicillorum nomen accipit: per extensionem vero & abusiue, & quæ sine literis apparet, Atq; in summa, de codicil. C. Distincti tamen codicilli ab epitolis & literis, l. litera, 17. de iure codicil. P. ¶ Fiant codicilli deisdem bonis, de quibus fit testamentum, & per codicillos eadem vel legatis vel fideicommissis relinqui possunt. Potest & is tantum codicillis disponere, qui possidet, si daretur otium & tempus, & si vellet, testamentum condere: non autem qui ad testamentum faciendum inhabilis est, l. diuus, 6. §. codicillos, de iure codicil. P. l. conficiuntur, 8. eo. Vt in exemplo furiosus liquet, qui cum testamentum facere non possit, l. furiosus, C. qui test. fac. non poss. §. item furiosus, & §. furiosus, quib. non est per. fac. test. vt dictum suo loco, neq; codicillos faciet, l. nec codicillos, 5. C. de codicil. l. 2. §. furiosus, eo. P. Et quemadmodum qui de statu suo dubitat testari nequit, l. de statu, de test. P. l. 1. de leg. 3. Sic codicillari, l. 6. Aristot. 9. de iur. codicil. ¶ Forma, secundum quam codicilli fiunt, non habet solemnitatem testamentorum, sed exigit tantum voluntatis probationem per quinque; saltem testes, l. si §. si. de codicil. C. §. si. eod. apud Iust. l. si. C. de fideico. In quo correcta lex Constantini, l. 1. de testam. lib. 4. C. Theo. titu. 4. quæ exigebat in illis septem: cum testamentum septem ad minus desideret iure civili, l. hac consuetudine, & l. i. ubi venis, C. de testam. Et proinde, neq; in istis requirimus testium obſignationem, rogationem, subscriptionem, subscriptionem, d. l. diuus, §. codicillos, & §. licet, de iure codicil. P. ¶ Fiant codicilli aut sine testamento, aut cum testamento, l. conficiuntur, 8. §. de iure codicil. §. non tantum, de codicil. non idcirco, 4. eo. C. sine testamento, quando qui vult intestatus decedere explicat voluntatem suam vltimam, saltem coram testibus quinque, d. l. si. §. si. C. eo. §. si. eo. apud Iust. facit l. quoniam, de nau. li. C. Ideo enim fideicommissa dari possunt ab intestato succedentibus, quoniā creditur pa-

terfamilias sponte sua his relinquere legitimam hereditatem, l. conficiuntur, & l. si quis, de iure codicil. P. Et in summa isti codicilli ab intestato mortui nihil desiderant, sed vicem testamenti habent, l. ab intestato, 16. eod. Formula huius dispositionis est a Iuliano posita: Quisquis mihi heres erit, bonorum ve possessor, eius fideicommitto, d. l. si quis, 3. Cum testamento codicilli facti recte definiuntur a Theophilo, §. 1. de codicil. in instit. iur. civil. & Constantino Hermenopulo, lib. 5. tit. 7. καὶ δὲ ἐκ τῶν ἐπιτομῶν διαβήτων γινώσκοντες ἑαυτὰς ἀποκαταστάσασθαι, id est, eorum qui in testamento voluntarij testatoris desunt supplementum. Istorum trifariam constituit differentiam, ratione testamenti: nam aut ante testamentum, aut post testamentum, aut cum ipso testamento tempore fiunt. ¶ Qui fiunt ante testamentum ex sententia Papiniani, l. ante tabulas, §. de iur. codicil. P. non aliter vires habent, quam si speciali postea voluntate confirmantur. Sed CC. Verus & Antoninus rescipserunt, ex his codicillis qui testamentum præcedunt, posse fideicommissum peti, si appareat ex quo testamentum fecit a voluntate, quam in codicillis expresserat, non recessisse, §. non tantum, vers. sed cum antem, de codicil. Ad testamentum enim, quod quoquo tempore fecerit testator, pertinent codicilli, l. ab intestato, eo. P. Et testamento facto, etiam si codicilli in eo confirmati non essent, vires tamen eo capient. Deniq; si ex testamento hereditas adita nõ fuisset, fideicommissum ex huiusmodi codicillis nullius erit momenti, l. 3. §. fin. eo. ¶ Post testamentum fiunt codicilli, vt appendices & 9 additiones testamenti, extra subſtancialia, & habentur codicilli pro parte testamenti, obseruationemq; & legem iuris inde traditam obseruant, & legata in codicillis vel fideicommissa post testamentum dirigitur ad heredem, qui si tempore codicillorum mortuus est, non debentur, l. quidam referunt, 14. de iure codicil. P. l. sicut, quem ad. test. aper. P. Et testamentum facto, codicilli eius sequuntur, d. l. ab intestato. Videtur hæc species codicilli prior inuentione esse, ex testamento Lentuli tempore Augusti inducta. Hic enim testamento facto heredes filiam suam & Augustum Cæsarem, & alios quosdam instituerat, ac scriperat in eo testamento ita, vt ait Theophilus, in §. 1. de codicil. in instit. iur. civil. si quos postea codicillos fecero, firmi & vtilis sunt, hoc est, futuros codicillos firmavit. Et ita clausula illa referebatur ad futuros. Similem tamen clausulam videtur referre Celsus, quam & præteritos ante testamentum & futuros confirmare respondit: ea est, si quis tabulis aliove quo genere ad hoc testamentum pertinens reliquero, ita valere volo, l. Plautiana, 18. de iure codicil. ¶ Excipiuntur militis codicilli, qui per se stare possunt, & ad testamentum conditum non referuntur, sed iure militari valent, d. l. conficiuntur, 8. §. si miles, de iure codicil. Sed valent vti que quæ in codicillis ante vel post testamentum factis relicta & scripta sunt, si inuoluntate relinquantur causam præcipuam testamenti, videlicet institutionem, neq; enim permissum codicillis est, pure instituti liberis in testamento, conditionem vel substitutionem directam adicere, in l. diuus, 6. §. l. quod per manus, 10. de iur. codicil. §. si. de codicil. Quia qui conditionem adicit, effectum adimit hereditatem in casu deficientis conditionis, l. p. de con. instit. P. & conditio facit institutionem, l. 7. eo. tit. dari autem aut adimi directo hereditas codicillis non potest, vt dictum est, sed tantum testamento, l. 2. de codicil. C. §. codicillis, eo. cum simi. ¶ Codicilli ante & post testamentum plures fieri possunt, §. si. eo. l. diuus, §. codicillos, in 1. eo. P. diuersi, & diuersarum rerum, & omnes simul valent, nec posteriores superiores reuocant: nisi constet testatorem prioribus derogare voluisse, l. 3. C. de codicil. In quo constituitur alia codicillorum in testamentis differentia. Quia nemo cum pluribus testamentis validis decedere potest, sed posterius validum rumpit prius, §. posteriore, quib. mod. testa. inſtr. l. 1. de iniustor. sup. P. exceptis militum dispositionibus, l. quærebat, de milit. test. P. Si quidem in testamentis fit institutio heredis, eaq; vniuersalis omnium bonorū, l. hereditas, de reg. iur. ibi in vniuersum ius, &c. Et duo in solidum eiusdem reidomini esse non possunt, l. si vt certo, §. si duob. vehiculum, commod. P. In codicillis vero, fit vt plerunq; dispositio de certa parte bonorū, vel de vniuerso fideicommissum, cum ordine temporis institui & substitui qui diuerso tempore domini rerū fiunt successiue, ¶ Postremum in ipso testamento ponitur clausula codicillaris, si non valet quod ago iure testamenti, valeat iure codicillorum. Nam hæc clausula facit, vt vltima voluntas, quæ ex aliquo capite solemnitatis non valet iure testamenti, recipiatur tãquam codicilli, Plene Bart. in l. 1. §. Bald. & Salyc. in l. si. C. de codicil. Guil. Bened. in c. Raynatus, ad verbum testamenti, 3. nu. 17. de testa. Non enim quis potest agere simul tanquam ex testamento & tanquam ex codicillis, ex eadem scriptura, l. fin. Cod. de codicil. Prodest itaque appoſuisse illam clausulam

dique patrimonii, quod cuiusque cum is moritur, fuerit, l. 3. §. bonorum igitur possessionem, de bono. posse. Qui non possidet, petit: qui possidet, agit vt retineat. Hereditas autē bonorumve possessio, non vt rerum possessio accipiēda est: est enim iuris magis, quam corporis. Et si nihil corporale fit in hereditate, attamē recte eius bonorum possessio agnita Labeo ait, d. l. 3. §. hereditatis. ¶ Ita bonorum possessio, & possessio bonorum differunt ex consensu, vt opinor, legislatorum: nam ex proprietate fermonis, inuersione verborum parum mutat significacionem, vt possessio bonorum, fit detentio naturalis quædam corporalis cum iure aut sine eo, §. 101. tit. de acquir. possess. potissimum in l. 1. §. 3. & l. naturaliter, §. nihil commune, Tit. vt in possess. leg. P. ex quib. caus. in possess. ear. cum §. similib. ¶ Bonorum autem possessio, hereditas sit a prætorē delata, vel ex causa testamentaria, vel secundum vel præter tabulas, vel ex causa intestati contra tabulas, vel contra voluntatem defuncti, vel secundum voluntatem: nec non ab intestato habentibus ius legitimum, vel non habentibus propter capitis diminutionem, l. sed cum patrono, §. bonorum possessionis beneficiū, de bon. posse. P. §. sicut autem, §. ad huc autem, eo. apud Iustin. ¶ Ex quib. constat diuisio seu distinctio bonorum possessionum: vt alie dicantur ordinariæ, alie extraordinariæ. Ordinariæ, secundum tabulas, & contra: extraordinariæ quibusdam illa, quæ ab intestato, vnde liberi, vnde legitimi, vnde proximi & cognati, vnde vir & vxor. Testamentaria bonorum possessio utilis est, quæ confirmat testamentarias & legitimas hereditates, §. 1. de bon. posse. apud Iustin. Alia ab intestato necessaria, cum prætor proprio beneficio successorem facit, cum iure aliquo non vocabatur, & tamen æquum videbatur eum ad successionem admitti. Glo. fin. in l. fin. C. vnde legit. tradit hodie esse sex ordinarias bonorum possessiones, & septimam extraordinariam, quæ datur, quoties ex nouis legibus defertur hereditas ex testamento vel ab intestato, vide §. decima, in fi. §. septima, eod.

¶ Prædictarum autem sex, quatuor esse ab intestato, duas ex testamento. Addit, dicit & glo. præd. alias tres, quæ non tribuntur ius in proprietate, sed in possessione tantum, nempe Carbonianam, vt. de Carbon. edic. eam quæ datur ventri, de vent. in possess. mitt. & quæ datur gratia ordinandæ litis, l. Papinianus, §. 1. de inoff. test. P. l. 2. C. eod. Quod & notat glo. in l. Papinianus, §. 1. in verb. bonorum, de inoff. testa. P. ¶ Et itæ omnes rursus, vel edictales dici possunt, vel decretales, l. 1. §. decretalis, de success. edict. P. cum similib. ibi notat. Edictalis bonorum possessio decernebatur, ex edicto prætoris mortui, sine cognitione causæ Decretalis, quæ impetrabatur a prætorē viuio, id est, quæ causa cognita dabatur: hæc vulgo dictam extraordinariam monuit Alciatus, quia a decreto pēdeat, Alc. in l. de lata, de verb. sig. Voluerunt ¶ tamē iura posteriora deinde sufficere edictalem, nec prætoris decreto opus esse, l. 2. qui adm. ad bon. posse. C. facit glo. in l. 2. §. dies, quis ord. in bonor. posse. seru. Res, petionæ, & negotia fere hic eadem regula, ac in successione iuris ciuili, considerantur. Bona namque, de quibus bonorum datur possessio, vniuersitatis habent successionem, qua succeditur in ius mortui, suscipiturque eius commodum & incommodum, l. 3. de bono. posse. l. 2. de posse. hered. peti. P. Id enim continet bonorum appellatio, de cuius danda possessione hic agitur. Et eadem sunt quantum ad effectum, bona, & hereditas, vt in leg. nam quod, in fin. & l. si legatum, §. si quis, ad Trebell. P. le. item veniunt, §. aut Senatus, de petit. her. l. 1. §. 1. quor. bonor. l. bonorū, 2. de verb. sign. P. siue sit patrisfam. siue filisfam. qui tamen testandi ius habet, d. l. 3. §. dari autem, de bono. posse. ¶ A prætorē autem constat hæc beneficia bonorum possessionis fuisse introducta, §. 1. eo. apud Iustin. qui æquitatis interpret erat, quique iuris ciuili adimēdi, vel corrigendi, vel supplendi gratia, propter utilitatem publicam, potestatem summam habuit: vnde ius pretorium & honorarium dictum, l. in ius autem, 7. & le. nam & ipsum, 8. de iustit. & iur. Theophi. in §. 1. de bon. posse. Eaque illi, vt opinor, potestas permissa est primum ex causæ cognitione, vt, prout suaderet æquitas, difficultis coram illo negotiis, dispensandi supra ius ex certa propofita ratione haberet auctoritatem. Nulla tamen facta ex illorum iudicio lege generali, ab initio, quo tempore erant illorum edicta annua tantum, vt magistratus, §. 1. de perpe. & tempor. action. apud Iustin. quamuis facta sint aliqua postea perpetua. Et proinde bonorum possessores, quos prætor successores faciebat, dicebantur non domini vel heredes, §. quos autem, de bono. posse. l. qui vsum fructuum, §. vsum fructus, per. P. l. fin. de suis & leg. hered. C. §. fin. de hered. qual. & differ. quales dicebantur qui iure ciuili succedebant: quia ius ciuile erat maioris auctoritatis, ratione legis generalis, & ratione

auctoris, seu populus, seu princeps is fuisset. Imitabatur tamē prætor, in de heredis successione, ius ciuile: & ideo bonorum possessores, quasi heredes faciebat, l. 1. de posse. hered. pet. lib. 3. P. tit. 5. l. prætor, de reg. iur. In omnibus enim vice heredum, bonorum possessores habentur, l. 2. de bono. posse. ¶ Formulæ petendi bonorū possessiones erant secundum edicta, & secundum leges & senatusconsulta, propter verba prætoris, vt me quag. lege, Senatusconsulto bonorum possessionem dare oportebit, ita dabo, l. vni, vt ex leg. & Senatus, bon. posse. det. lib. 38. P. xi. 15. Quæ de singulis causis petendi propofita, erant obseruanda. Sed postea hoc in defuetudinē abiit, sublatis formulis agendi superflitiis, le. 2. de formu. & imp. sublar. C. potissimum hodie iure pontificio, quo vtitur. Ex quo sufficit nudam intentionem agentis exponi iudici, sine expressione nominis actionis, c. dilecti, de iudic. Et proinde, qui vult bonorum possessionem petere, omiffis ambagibus potest adire iudicem, & illi causam exponere petitionis, l. fin. qui adm. ad bonor. posse. posse. §. si. de bon. posse. vide ibi Joan. Fabrum, maxime in Gallia, vbi nulla bonorum possessionis mentio fit, sed agitur ad ius successionis debite petitione hereditatis, ¶ Conferuata tamen sunt per Iustinianum tempora potestatis experiundi pro hac successione: in liberis, anni: in aliis autem agnatis & cognatis, centum dierum, §. cum igitur, de bon. posse. l. 1. §. si. de succ. edic. l. 1. §. 2. & 4. C. qui adm. ad bon. posse. posse. ¶ Nec prodest in bonorum possessione, quominus dies cedat iuris ignorantia: & ideo heredi instituto etiam ante apertas tabulas, dies cedit. Satis enim est scire mortuum esse, seque proximum cognatum fuisse, copiamque eorum quos consuleret habuisse, l. iuris ignorantiam, 6. C. eod. Neque mulieres etiā ab hac iuris ignorantia exculantur. Quando tamen per facti questionem incertum est, ex quo capite possessio fit delata, vtrum secundum tabulas, an ab intestato, tempus agnoscendæ bonorum possessionis præfixum non potest cedere, l. quandiu, §. eod. l. si plures, 9. de bon. posse. P. Rulicitatem autem, absentiam, vt & ignorantiam facti exculare placuit, l. pen. C. qui adm. ad bono. posse. posse.

¶ Ceterum si causa cognita bonorum possessio datur, non alibi quam pro tribunali dabitur: nec decretum de plano interponi poterit, l. 3. §. si causa cognita, de bon. posse. l. cum ii, de transfact. ¶ Datur hac bonorum possessio non inuitis, l. 3. §. inuito, de bono. posse. P. sed volentibus & idoneis ad petendum: municipibus: societatibus, curiis, & corporibus, d. l. 3. a municip. ventri, iurioso, & priuatis contra fiscum etiam, l. non est ambigendum, 1. 2. eo. & aliis, §. sunt autem, §. §. de eas, de bon. posse. vt in l. sed cum patrono, de bono. posse. l. 1. §. 2. de bon. posse. furio. infam. iur. & c. l. 13. P. siue masculi sint, siue feminæ: liberi vel serui, vt notat Vlpianus, le. seruus, 7. de bon. posse. Sunt & singulares tituli qui id exponant: vt vnde liberi, cognati, proximi, vir & vxor admittantur. Et potest quis acquirere bonorum possessionem, vel per semetipsum, vel per alium, le. 3. §. acquirere, l. pen. & l. fin. de bon. posse. ¶ Impubes per tutorem, d. l. seruus, §. impubes, l. infantis, & l. bonorum, 7. C. qui adm. ad bono. posse. posse. iunge le. si pupillo, 1. eod. qui tamen cum petere possit pupilli nomine, tamen repudiare non potest, l. tutor, 8. de bon. posse. Finis, ob quem prætor introducti bonorum possessionem, est, vt ad ea & admissa, commoda & incommoda hereditaria, & dominium eorum quæ in bonis sunt, tribuantur bonorum possessori, l. 1. eod. & alia, quæ heredi iure ciuili facta dantur, l. 2. de posse. here. peti. P. Imo vt & ius accrescendi in ea locum habeat, l. 3. §. cum 3. ll. leg. de bon. posse. P. & vtilis actio petitionis hereditatis, glo. in l. 2. in ver. etice, eo. ¶ Sunt rationes ab æquitate, necessitudine, seu iure sanguinis mutuata, quæ susferunt pretorium edictum, de bonorum possessionibus, recipi inter leges: quas Iustinianus in §. 1. & 2. de bono. posse. profequitur. Vt nunc fere illud ius pretorium in ius ciuile transferit. Et hereditatis appellatio continet bonorū possessionem, l. hereditatis, 13. 8. de ver. sig. l. 1. & l. qui patris, C. vnde lib. Et in effectu etiam heredes sunt bonorum possessores, l. in conditionibus, §. si patrem, de cond. & demonst. Quem admodum in Gallia nulla mentio in praxi distinctionis horū fit, sed omnes vocantur heredes. Et proinde pauca de istis tradam, tum etiam, quod permixtum, prout negotiū iuris ciuili occurrit, in causa successione intestati, ad demum Deo fauente, quæ in illis prætor innouat, vel addiderit, cōuenientiōri vt arbitror tractatione, ceteris abrogatis. ¶ Interim gl. fi. ad l. fi. vnde legi. C. nos monet, notādos esse casus, in quibus bonorū possessio est hodie necessaria. Nā multū inquit refert, an de iure ciuili adiri possit hereditas: nā in his licet vsq; ad triginta annos, l. licet, cū ibi not. de iure deli. C. An vero de iure pretorio, per bonorū possessionem hoc facere debeat. Quo casu, qui petit fit de liberis est, intra annum: si alius, intra centū dies tantum petere

petere debet. l. i. §. 1. *quis ordo in bono poss. ser. Sed hoc ego in Gallia, ubi non fit mentio bonorum possessoris, sed tantum heredis, verum non puto postremum. Si tamen desideres videre vnum & viginti casus, in quibus necessaria erat bonorum possessio, nec poterat adiri hereditas iure civili, consule Angelum Aretinum, ad §. 1. de exhered. libero. ubi numerantur & probantur.*

De Bonorum possessione Secundum tabulas. Cap. 5.

Lib. 37. Tit. 11. Lib. 6. Tit. 11.

1. *Tabula pro testamento.*
2. *Bonorum possessio secundum tabulas quid, quorundam, ex quibus tabulis datur secundum tabulas quomodo dicatur, quibus datur. & quibus non, effectus petitionis, in quibus etiam hodie hac bonorum possessio necessaria sit. nu. 3. 4. 5. 7. & 8.*
6. *Hereditas nomine delato, quando delectantur legata.*
1. **T**abulae dicebantur testamenta in quacunque materia inscripta, siue essent tabulae lignae, siue chartaceae, vel corium animalis alicuius, vel alterius materiae, leg. 1. & 4. de bonor. poss. sec. 2. *tab. P. §. 1. Ita secundum tabulas bonorum possessio a praetore dari dicitur, secundum testamentum conditum in scriptis tabulis, septem testibus signatis: nam si eundem numerum affuisse sine scriptis testamentum condito doceri potest, iure civili testamentum factum videtur ac secundum nuncupationem bonorum possessionem deferri explorati iuris est. l. fin. de bon. poss. cont. tab. C. §. fin. autem, de bon. poss. apud Iust. §. 1. Ita dupliciter, secundum tabulas vel secundum testamentum, bonorum possessio duplex: una, quae ex scripto alia, quae ex non scripto pendet testamentum, leg. si ita scriptum, §. fin. de bon. poss. sec. tab. P. Et primo proprie secundum tabulas dicitur alia, per nuncupationem, secundum tabulas vtilis, vt not. glo. in l. fin. in ver. doceri, in fi. de bon. poss. sec. tab. C. de tabulis hoc editum loquitur testamenti solemnitis.*
4. **¶** Ergo prima questio, vt existeret, vel existerent. Et sunt supremae tabulae, id est, vltimum sit testamentum, l. 1. §. non autem, C. §. sufficit, & §. semel, de bono poss. sec. tab. l. vni. §. si tab. rest. ex sta. li. 37. P. tit. 2. in originali seu archetypo, non in exemplo: nam ex exemplo non petitur bonorum possessio, in d. leg. 1. §. sed si vnum, facti l. 2. de si instrum. aut si quis in aliquo, C. de eden. Et rursum, tabulae debent esse ob signatae sigillis & signis septem testium, l. cu tabula, 7. de bono poss. sec. tab. P. Et Pomponius ait, vt bonorum possessio secundum pupillares tabulas admitti possit, requiri vt testamentum patris sit signatum, licet secundae tabulae resignatae proferantur, l. vt bonorum, 9. eod.
5. **¶** Secundum tabulas, vt secundum testamentum dicitur quis petere bonorum possessionem: non quod praetor sequatur testamentum, quinimo contra testamentum aliquando decernit: sed quia exstante testamento, vel solemniter, vel nuncupatio, hanc bonorum possessionem decernit, l. fin. in l. si vnde legit. C. 6. §. sunt autem, de bono poss. §. 1. **¶** Dabatur scripto heredi hac petitio bonorum possessionis secundum tabulas, cuius nomen scriptum reperitur in testamento, vel scriptum fuisse ostenditur, quamuis post prolatae tabulas delerum sit. Si enim in testamento nomen eius deletum fuerit, vt penitus legi non possit, non dabatur haec bonorum possessio, nec peti poterat contra aut secundum tabulas, l. 1. si tab. testa. ex sta. in P. l. 2. §. si consuit. de bono poss. sec. tab. quamuis delato in consule etiam viuo testatore nomine heredis, ex tabulis legata peti possint per legatarios, l. 1. §. sed & si legi, de his qua in testa. del. Sufficiet tamen, si certa demonstratio heres sit in testamento demonstratus, & de certa parte institutus: & ita non aliter succedet, l. si de bono poss. sec. tab. Exceptis his qui dolo impediunt mutare testamentum, l. 1. quis non competis bonor. poss. li. 38. P. tit. 1. 4. Et quod dicitur de instituto, dicens & est de substituto, sed ordo seruandus: deferretur namque bonorum possessio secundum tabulas primo gradu scriptis heredibus: mox illis non petentibus, sequentes, non solum substitutos, verum & substitutos quoque substitutos admittimus, in l. 2. §. deferretur, & §. si duo, de bono poss. ne hereditas iaceat. l. 1. de bono poss. furios. insan. mut. furdo & caco compe. li. 37. P. tit. 3. Et quilibet pro ea, qua quisque parte heres erit, si plures sunt, bonorum hanc possessionem petere potest, d. l. 2. §. pro qua quisque, de bono poss. sec. tab. Dabatur & secundum tabulas bonorum possessio etiam illis, qui iure civili ex his tabulis hereditatem petere poterant. Dabatur autem, vt remedium paratissimum, & veluti per interdicum a praetore propter eius auctoritatem, l. 2. §. deferretur, ibi nam sicut ad aduendum, C. de leg. si ita scriptum, §. §. qui filio impuberi, leg. qui ex liberis,

11. §. testamenti facti, & l. fin. de bono poss. sec. tab. P. §. 1. Non possunt tamen institui sub conditione, conditione pendente petere bonorum possessionem secundum tabulas, nisi vtiliter sint instituti, l. ii. demum, 6. C. l. si sub conditione, §. eod. & nisi qui testatus est, habuerit potestatem testandi tempore testamenti & mortis, l. 1. §. exigit praetor, & sequenti, §. §. eo. Et proinde quae de capacitate institutorum heredum dicta sunt, eadem in personis, quae possunt bonorum possessionem secundum tabulas petere, repetenda erunt. **¶** Effectus quoque iidem, ac testamentorum. Quamobrem quidam existimauerunt, superfluum esse beneficium praetorium bonorum possessionis secundum tabulas, cum iure civili satis superque heredibus scriptis vel nuncupatis subuentum sit. Maxime hodie, quibus tamen se obiciunt glossariorum, Bartolus, & alii, in l. si. Cod. vnd. legi. dicuntque & hodie in iure Romanorum, posse vt heredes hoc remedio voluntarie & sponte. Imo & iure antiquo & codicis fuisse necessarium hoc beneficium praetorium secundum tabulas contendunt, in certis casibus, tres adfert glossariorum, Bartolus cumulat lex. 1. Si moriatur posthumus viuo testatore, & ita ruperit testamentum, l. posthumus, de iniust. rup. testa. P. 2. Si capitis diminutione infirmetur eius testamentum, qui postea tempore mortis suae inuenitur sui iuris, §. non tamen, quib. mod. testam. in it. 3. Si pendente conditione institutionis petatur ab herede bonorum possessio, l. 2. §. si pendente, & l. si sub conditione, §. de bon. poss. sec. tab. 4. Vt filio praeterito confirmante testamentum, valeat illud iure praetorio, l. filio praeterito, & leg. 1. §. idem circa, de iniust. rup. P. 5. Si propter furorem instituti non possit adiri hereditas testamentaria, dicitur bonorum possessionem esse & fuisse vtroque iure necessariam, l. cum heres, ad Treb. P. 6. Quando institutio est facta sub conditione impossibili, quam reicit praetor, le. facta, §. si in dada, ad Treb. P. Et ita aequitatis & necessitatis rationes, hoc ius sustinere quoque videtur. Sicuti & in l. vni. de bon. poss. ex testamento mili. eorum testamenta qui in hostili loco & expeditione sunt, & tamen iurati non sunt milites, vt iure civili, militari potestate testari possint: nihilominus tamen iure praetorio heredes sustinentur, & dabatur ex eius beneficio, scriptis heredibus bonorum possessio secundum tabulas. Mouitque praetorem aequitas, vt quam militum conditio distet & ab aliis personis, quas constitutiones principales separant, tamen qui in procliu versantur, cum eadem pericula experiantur, iura quoque eadem sibi vindicare debeant.

De Bonorum possessionibus Contra tabulas. Cap. 4.

Lib. 37. Tit. 4. Lib. 6. Tit. 12.

1. *Bonorum possessio secundum tabulas prior, quam contra tabulas.*
2. *Pandectarum ordo confusus & inuersus in bonorum possessionibus.*
3. *Bonorum possessio contra tabulas quae dicatur, quorundam, de quibus sit & quibus deferatur, & quo ordine. §. nu. 4.*
5. *Bonorum possessio contra tabulas matris non poterat dari, & quare dabatur suis.*
6. *Bonorumque possessores in praxi non nominantur, sed heredes dicuntur.*
6. *Bonorum possessionis petendi formula diuerse.*
7. *Bonorum possessio contra tabulas quibus competat.*
8. *Emancipati cum suis quomodo succedebant edito contra tabulas.*
9. *Posthumis non natis quomodo succurrunt.*
10. *Carbonianum editum quale, & de quo datur. Et 11.*
12. *Exhereditatis quando competebat bonorum possessio contra tabulas.*
13. *Bonorum possessiones datae liberis contra tabulas patris, & datae patronis contra tabulas liberis differentiae: item differ. bonorum posses. contra tabulas patroni, & liberorum. nu. 15.*
14. *Bonorum possessio contra tabulas filii emancipati quando non debeatur parentibus.*
16. *Bonorum possession. contra tab. pater petere poterat intra annum: euauit.*
17. *Bonor. poss. contra tabulas effectus.*
18. *Legata & fideicommissa quae debeantur rupto testamento per bonorum possessionem contra tabulas.*

Vlpianus ¶ docet considerari in bonorum possessione data, primum an tabulae existerent, & secundum eas prius dandam esse bonorum possessionem, si fieri possit, vel contra: vel si non existerent, ab intestato, & ita causam testari esse potioris, deinde de intestati causa agendum esse, iure praetorio, quemadmodum & iure civili. Posteaquam praetor, inquit, l. p. l. 1. si tab. rest. nulla ex sta. li. 38. P. tit. 6.

locutus est de bonorum possessione eius, qui testatus est, transiitum fecit ad intestatos, eum ordinem secutus, quem & lex duodecim tabularum secuta est. Fuit enim ordinarius, ante de iudicis testamenti. Et sic deinde de successione ab intestato loquitur, l. quandoque, de acq. hered. P. l. 2. antequam. comm. de success. l. 1. de bon. posse. sec. tab. C. Quain re video interuersum ordinem in Pandectis sepe, a lib. 37. vsque ad 39. Nam prius, de bonorum possessione, recte quidem generaliter actum est, sed postea sepe mutatur stylus: nam in 2. titulo 37. libri agitur de bonorum possessione, si tabula testamenti exstet. Et 4. tit. de bonorum possess. contra tabulas. Postea 11. iterum venitur ad bonorum possessionem secundum tabulas, sed statim additur alius 12. tit. de bonorum possessione contra tabulas, si a parente quis fuerit manumissus. Et 13. iterum, de secundum tabulas militis. Interferit deinde parerga qui Pandectas confarcinauit, vsque ad tit. 6. lib. 38. vbi iterum redit ad bonorum possessionem contra tabulas. Sunt & alia interposita quae confundunt ordinem edicti praeoris, ex quo prius de secundum tabulas vel contra, quae de intestati bonorum possessione dicendum erat. Quem ordinem secutus praetor, inquit, qua methodo perueniat ad intestatorum successiones, num exstent vel fuerint tabulae: & si fuerint, num secundum eas deferri possit bonorum possessio, de qua dictum: an contra, de quo nunc.

¶ Bonorum possessio contra tabulas ea est, quae datur certis personis praeteritis, vel non rite exhereditatis, contra testamentum defunctorum: ut postea apparebit. Duplex haec, vel contra testamentum in scriptis factum, vel contra nuncupatum, l. 1. C. de bono. posse. cont. tab. liber. C. l. 6. C. tit. 13. ¶ Res de quibus fit haec bonorum possessio, sunt hereditates defuncti, quas consecutus fuisse ex voluntate eius legitima, id est, si secundum leges testamentum factum fuisset. Et ita praetor eodem omnino iure & ordine vocat bonorum possessores ad bonorum possessionem contra tabulas, quo vocantur iure civili ad successionem, l. 1. de bono. posse. cont. tab. P. Vt qui a successione repelluntur civili iure, repellantur & praetorio, l. non est, §. si de bono. posse. P. Omneque ius quod per causam hereditariam scriptus heres nanciscitur, ad eum transferri aequum visum est, quem praetor heredis loco constituit, l. cum emancipatus, 3. de bono. posse. cont. tab. Consideratur & hic pro re, testamentum contra quod agitur, ut tabulae exstiterint, sufficiatque illas exstisse mortis testatoris tempore, ex quibus vel adiri hereditas, vel secundum eas bonorum possessio peti poterit: quamuis neutrum eorum postea secutum sit, vel se qui potuerit, ut respondit Triphoninus Iuriconsultus, l. Quod vulgo, 16. eod. ¶ Deinde considera, quis fecerit testamentum: nam tantum datur bonorum possessio contra testamentum patris filii, l. 1. in princ. eod. Et vbi C. de bono. posse. cont. tab. quam praetor, lib. pollic. & parentibus, contra testamentum filii, l. 1. si a parente, quis suo man. lib. 37. P. tit. 12. & patrono & liberis eius, contra testamentum liberti, l. 1. de bono. posse. cont. tab. lib. quae patro. C. eius lib. dat. lib. 6. Cod. tit. 13. At, ut Paulus ait, in l. illud notandum, 4. §. ad testamenta, de bono. posse. sec. tab. ad testamenta foeminarum, edictum contra tabulas bonorum possessionis non pertinet, quia suos heredes non habent, §. ceteri, de hered. qual. Et differ. id est, non habent potestatem in liberos, l. nulla foemina, de ius & leg. hered. P. A praetore haec bonorum possessio data est, quam & Iustinianus vocat necessariam, §. sed eas, & §. sunt autem, de bono. posse. apud Iustinian. & Bart ait, ad l. fin. vn. legit. num. §. olim illam necessariam tantum filio emancipato: quia finis suus iure civili etiam P. praeteritis poterat dicere nullum testamentum & succedebat iure civili, §. 1. de exhered. lib. l. filio praetorio, 17. §. 1. de iniur. et rapt. P. l. inter cetera, de libe. prat. P. cum similib. filii vero emancipatus, eo iure poterat impune praeteriri, §. emancipatus, de exhered. lib. §. emancipati, de hered. ab inte. veni. l. 6. §. 1. de bono. posse. cum similib. Quare ei praetoris necessarium erat beneficium bonorum possessionis contra tabulas: non etiam suis necessario dabatur, sed ut honestius & reverentius contra testamentum paternum agerent, si vellent. Et hodie quinque bonorum possessionem haec esse necessariam iure civili putant, si ponimus, ut inquit Bartolus, exhereditatione rite factam, id est, cum causa, ex anthen. ex causa, de liber. prat. C. Quamuis Gallica praxis haec nomina bonorum possessionis non nouerit, sed heredum tantum.

¶ Et ita formula petitionis possessoriae bonorum euauit. Sicut autem iuris praetorii tot formulae, quot edicta, quibus personis diuersis petendi bonorum possessionem datur licentia: in quibus debet adiri iudex vel decretum interponi, vel saltem in praesentia iudicis admitti, l. fin. qui admitti ad bono. posse. poss. Cod.

¶ Edictum primum & originale fuit liberorum causa, ut ex inscriptione rubricae codicis Iustiniani patet, de bonorum possess. contra tabul. quam praetor liber pollicetur, idem in l. non putauit, 8. §. ut autem, de bono. posse. cont. tab. Hic libertos accipere debemus naturales & legitimos, & adoptiuos, si neque instituti neque exhereditati sunt: item posthumos, l. 1. eod. P. l. 2. eod. C. & sui iuris factos seu emancipatos, d. l. 1. §. Cui iuris, le. maximum vitium, C. de libe. prat. Et ex his natos, l. notandum 3. cum distinctione, §. 1. 2. 3. 4. eod. Quae distinctionem in filiis adoptiuis capiunt, vide apud Azonem in summa tit. de bono. posse. cont. tab. vide & l. non putauit, §. in adoptionem, §. vtautem, l. si in adoptionem, l. si post mortem, §. 1. de bonorum possess. contra tabul. P. Consideratur & in aliis liberis, num possint institui: nam praeteriti qui institui non possunt, non habent hoc beneficium. Qui vero institui possunt, si instituantur, ipsi quoque non habent: quia secundum tabulas habere possunt, nisi alius non institutus incipiat uti edicto illo contra tabulas, leg. 3. §. si quis ex liberis, & l. iud. §. si de bono. posse. cont. tab. At quando adoptatus non possit uti, docet l. cum emancipatus, 1. 3. & l. si pater, 17. & l. fi. eo. tit. P.

¶ Quando autem olim filius testatoris praeteritus, & eius filius nepos in potestate defuncti retentus, concurrerant, ius civile nepotes vocabat, ut suos: repudiabat autem emancipatos, ut extraneos. Et proinde praetor, ut concordaret emancipatos praeteritos, quibus dabat bonorum possessionem, cum suis, qui iure civili vocabantur, aliud edictum fecit, De coniungendis cum emancipato liberis: quo in portionem dimidiam nepotes cum patribus emancipatis vocabat, in l. cum suis §. §. vsque ad §. emancipatus, de coniung. cum emancip. lib. P. Quod hodie emendatum, & sublatam potestatis differentiam: primus ordo successioneis ante nepotes, patri eorum, filio videlicet defuncti testatoris datur: & concursus filii sit cum filiis alterius fratris, §. consequens de hered. quae ab intest. de se. ut loco Deo fauente in successioneibus ab intestato dicitur. ¶ Ratio quoque posthumorum incertorum praeteritorum, aliud edictum positum, ut si praegnantem se dicat mulier ex eo qui decessit, vel ex filio eius & ex eo ferre posthumum in vero, quem praeteriti testator, mittatur in possessionem venter, vice contra tabulas bonorum possessionis, l. 1. C. et si de ven. in poss. mitt. lib. 37. P. tit. 8. Et illa est, ut diximus, bonorum possessio, quae non tribuit ius in proprietate: sed est quaedam detentio, quae suspendit alios successores. Tandiu namque solum in possessione venter esse debet, quandiu aut pariat, aut abortum faciat, aut certum sit mulierem non esse praegnantem, d. l. 1. §. fin. eod. Et deinceps, si eum ediderit qui repulsius est, discedere a possessione debet, l. 2. eod. Et est haec bonorum possessio communis succedentibus contra tabulas, & secundum tabulas & ab intestato, l. extraneos, 6. & l. vbi cumque, 7. eod. P.

¶ Accedit huic aliud edictum Carbonianum; quando controuersia mouetur successuris liberis contra tabulas, an liberi seu filii sint legitimi, vel extranei, vel si forte serui dicantur, vel ancilla nati, & tamen illi adhuc impubes sint. Nam tunc causa cognita, perinde possessio datur, ac si nulla de ea re controuersia esset, & iudicium in tempus pubertatis causa cognita differatur, leg. 1. de Carbo. edict. lib. 37. P. tit. 10. l. 1. C. eo. lib. 6. tit. 17. data cautione pro pupillo qui mittitur in possessionem, ei qui controuersiam mouet, de bonis restituetis, si appareat iudicio agitato eum non esse filium, vel ingenuum seu liberum. Alioquin qui controuersiam mouet, si fati de derit, ipse mittetur: & si venter fatidare velit vel non possit, datur interim curator bonis, l. sed & si is, 5. §. quotiescunque, §. leg. §. leg. 1. §. 1. de Carbo. ed. P. d. l. 1. C. eod. Quod si quis qui controuersiam impuberi facit, ex liberis sit, eueniet, ut siue caueat si cui status controuersia sit, siue non caueat, simul cum eo sit in possessione, d. l. sed & si.

¶ Extenditur edictum Carbonianum, ad quaestionem, qua impubes negatur iure adoptatus, l. si impubes 7. eod. et si dicatur in partu quis suppositus, l. quod Labeo, 9. eod. etiam non obstante contrario iuramento matris, in l. cum mulier, eod. vel si obiectum crimen sit adulterii matri, l. Titia, 13. §. le. 1. §. si mater, eod. P. Porrigitur item hoc edictum ex iisdem causis ad bonorum possessionem intestati, l. Carbonianum, 3. l. de bonis, §. 1. eod. & ad similitudinem eius dilatio longa quaestionis status, datur in bonis matris, d. leg. de bonis. ¶ Et haec intellige de praeteritis liberis dicta. In exhereditatis namque responsum, non dari bonorum possessionem contra tab. si per omnes gradus institutionis, vbi substitutio, exheredentur: secus si in aliquo tantum fuerint exhereditati, & in aliis praeteriti, l. non putauit, 8. cum suis §. §. l. 1. de bono. posse. cont. tab.

¶ Datur

¶ Datur & bonorum possessio contra tabulas liberti patrono, & eius liberis, si libertus maior centenario, scilicet maiorem sum mam possidet quam centum aureos in bonis, § sed nostra, de successio. lib. apud Iustinian. non relicta vel instituta liberis, extraneum instituendo patronum praterierit: quo casu, pro legitima parte quam in huiusmodi bonis habet ex lege patronus: si operas vel munus viuenti liberto non receperit in remuneracionem libertatis, l. 2. de bon. posse. sec. tab. lib. 6. C. tit. 13. agit vel liberti eius patrono bonorum possessione contra tabulas, l. 1. eo. tit. C. & expugnant tantum pro ea parte tabulas, pro qua succedere debent, d. l. 1. eod. non omnino nec in omni parte. In quo differt hæc bonorum possessio contra tabulas, quæ datur patrono, ab ea, quæ datur liberis contra tabulas, parentum, l. cum emancipatus, 13. eo. P. Vt & in alia specie, illud notandum, 4. de bonorum possessio. secun. tabul. Beneficium libertatis a patrono libertis concessum, ius successiois dat patrono & eius liberis. ¶ Et huius bonorum possessionis exemplo, introducta fuit olim bonorum possessio, quæ debetur parentibus prateritis in testamento emancipatorum. Quod æquissimum prætoris visum est, quod filius habuerit a parente beneficium quærendum bonorum, leg. 1. si par. quis fuer. manum. lib. 3. P. tit. 12. Nisi, ut diximus de patrono, pater iam remuneracionem emancipatoris habuerit, & accepit pecuniam ut emanciparet, vel postea viuis in eum filius quantum satis est, cõtulit, ne iudicia eius inquietaret, vel nisi filius militare cepit, d. l. 1. § si parens. si a par. quis fuer. manum. vel si pater coactus fuerit, quod male filium contra pietatem affecit, 15. eum emancipare, l. si eo. tit. P. ¶ Differentiæ duæ ponuntur inter bonorum possessionem patronorum, & patronorum: vna, in l. 1. §. fin. Si a par. quis fuer. manum. P. Altera, in l. 2. eiusdem tituli. Petit tamen parens, ut patronus portionem sibi debitam hæc bonorum possessione tantum, si turpis persona a filio non fuerit instituta. Si enim turpis, veluti meretrix instituitur totorum bonorum, contra tabulas bonorum possessio parenti datur, l. Pacionius ait, 5. eo. habetque ad petitionem exsequendam, annum, ut liberi, l. 1. §. 16. fin. de success. edic. P. ¶ Hodie, cum iure ciuili parum successiois prospectum sit, euauit dicta bonorum possessio, ut Iustinianus dixit de decem personis enumeratis a prætore quinto loco edicti, in §. sunt autem, & §. de eas. de bonor. poss.

¶ Effectus, propter quem laborant prætores, in materia bonorum possessionis est, ut non obstantibus tabulis testamentariis, heredes vel quasi heredes essent, quos tales esse ratio æquitatis & nature suadebat: & ideo daretur huiusmodi possessoribus admissis, possessoria bonorum petitio, leg. 1. de possessio. hered. petit. etiam cum iure accrescendi, l. si duobus, 12. de bon. possess. sec.

¶ Imo iure Pandectarum, in bonorum possessione contra tabulas parentum, rupto testamento, corruebant omnia legata ex præteritione. Exceptis quibusdam personis, quibus in ea causa legata solui debebant, & fideicommissa: ut liberis, parentibus, vxoribus, nubibusque dotis nomine, & nepotibus relicta, l. 1. 2. & 3. de legat. prest. bono posse. con. tab. petita. lib. 37. P. tit. 15. Conferuntur etiam donationibus causa mortis, l. sed & si, 3. eod. Hoc obseruato in fideicommissis, ut si ex prædictis personis quidam rogati essent restituere legatum, extraneis, non deberetur legatum, quia commodum ad extraneos peruenturum erat: contra: si restitutio facienda esset personis priuilegiatis, dummodo vitiliter data sint, d. l. sed & si, item si quis cum seq. §. Plura tamen hic essent consideranda & de virili parte, de qua l. Saluius, §. 1. cum duabus legib. seq. eod. & a quo relicta essent gradu legata, de quo in l. sequ. & si pro dote, cum 3. l. seq. eod. & quemadmodum is qui in potestate est, & qui potest alio modo quam per bonorum possessionem contra tabulas succedere alio iure, non tenetur legata etiam iis personis prestare, leg. si quis in potestate, 15. & l. si duo, 16. eo. & alia similia. Sed ius Nouellarum legem aliam dedit, ut ex causa præteritionis vel exheredationis, excepta institutione, scripta vel relicta in testamentis firma maneat, auth. ex causa, de lib. præterit. ideo illa præterito. Veruntamen stare adhuc arbitror, ut is qui egerit contra tabulas & non abstinerit, priuetur relicto sibi in his tabulis iure, puta legato vel fideicommissio, l. sed conditione, in fine. de bono. poss. con. tabul. l. is qui, de vulg. P. l. 2. & l. 5. §. qui principals, de iis quib. ut indig. P. Sicque Constantinus Harmenopolus scribit, in lib. 5. Protonariis 6. οὐδὲν τῶν ἡμετέρις διαθήκῃς διατηροῦν, ἐκ τῆς ἐπιπέτου τῶν λει-

ψυδέρων αὐτῶν, καὶ τῶν δωρῶν αὐτῶν διατηροῦν, εἴτε αὐτῶν τὰς χάρα-
 λείβῃ: εἴτε πῶν ἀποποιεῖσθαι αὐτῶν, id est, Qui bonorum possessionem contra tabulas postulat, excidit a legatis, & sibi mortis causa donatus, siue ea ipsi, siue eorum qui illi acquirunt, relicta fuerint. Adde l. cum secundis tabulis, 16. & l. 2. de iis quib. ut indig. P.

De Bonorum possessionibus ab intestato delatis.
 Cap. 5.

- 1 Bonorum possessio ab intestato quadruplex.
- 2 Vnde liberi bonorum possessio quibus competebar.
- 3 Vnde legitimi successio quibus delata.
- 4 Vnde vir & vxor edictum quando locum habuit.
- 5 Edicti successorii tempus, & rationes.

Quatuor feruntur iuris prætorii successiones ab intestato, 1 per bon. possessiones delatæ secundum ordinem successiois edicti, cum tempore agnoscendi vel repudiandi concessio, l. 1. de success. edict. P. Et quando tabulæ testamenti non exstabant, ab intestato fecit prætor gradus succedendi, primum liberorum, secundum legitimorum, 3. cognatorum, 4. viri & vxoris, leg. vnic. in princ. vers. sed successioe. si tab. test. nulla exst. ab. P. l. 3. vn. l. P. l. 1. qui ordo in bono. possess. P. Et in singulis gradibus, si plures essent, dabatur facultas petendi singulis. ¶ Liberi qui vocabantur ab intestato, emancipati erant, nõ adoptiui, l. 1. & 2. vnde lib. lib. 38. P. tit. 7. l. si. C. eod. nec sui olim quia necessarii heredes erant, donec abstinendi data esset facultas, l. 1. §. sciendum, de suis & legit. P. §. sui, de her. qual. & differ. Si emancipati habebant filios in potestate, dimidiam habebant, l. si quis, 4. & l. si pater, 5. vnde lib. si extra potestatem, prioribus non petentibus, alii successorio edicto nepotes & pronepotes ordine vocabantur de capite in caput, & de gradu in gradum, expulsis posterioribus a primis, l. 1. & 2. C. de successio. edict. eo. lib. 6. tit. 16. l. 2. C. vnde lib. Et ita per bonorum possessionem vnde liberi agnoscetes, pro rata ab intestato succedunt parte, l. 1. vnde lib. 6. C. tit. 14. l. 2. si pars hered. pet. P. leg. 1. §. pro qua, de bon. posse. sec. tabul. Non existentibus liberis vel repudiantibus, vocabatur prætor legitimos, l. 2. vn. leg. l. 3. P. tit. 8. l. 1. C. eod. §. 1. de leg. agnat. suc. l. vltim. §. 1. de grad. affin. P. id est, agnatos per virilem sexum descendentes, §. 1. de legit. agnat. suc. l. pen. vnd. l. P. ¶ Legitimi porro agnati dicti sunt, quia post suos a lege duodecim tabularum ad successionem defunctorum ab intestato vocabantur, §. 1. de leg. ag. suc. l. Iurisconsultus, 10. de grad. affin. P. Et proinde cognati, qui in loco agnatorum sunt, ut filii sororis pro legitimis & agnatis habebantur, & vterini, in l. pen. C. de leg. hered. & qui ex Orficiano & Terulliano S. C. admittuntur, l. 2. §. fin. & l. 3. vnde leg. P. Post hos cognati vel adoptiui vel naturales & legitimi, l. 1. §. hæc autem, vnde cogn. P. l. fin. C. eod. vel naturales tantum certi, l. si spiritus, 4. vn. cogn. P. dummodo feruillis non sit cognatus, d. l. 1. §. pertinet autem, eod. Cognatos porro hic, non generali appellatione, qua omnes agnati & cognati continentur, l. imer agnatos, 5. vnde leg. P. l. vn. cogn. l. 4. §. 1. de grad. cog. intelligi par est, sed tantum per feminam lineam iunctos, §. 1. de suc. cogn. l. vlt. §. 1. de grad. affin. ¶ Post agnatos & cognatos ad decimum vsque gradum, prætor excluso filio vocat vxorem defuncti intestati, edicto vnde vir & vxor, si ea tempore mortis ei fuerit iuncta legitimo matrimonio, & non diuerterit, l. vni, vn. vir & vxor, lib. 38. P. tit. 12. Et hæc quidem de iure prætorio obtinent antiquo, quæ dixisse sufficiet in bonorum possessionum explicatione. Quomodo autem hæc iura in melius iure ciuili fuerint reformata, & quomodo istæ personæ hodie succedant ab intestato, in successioe intestati copiose, Deo fauente, & ordinate docebimus. ¶ Prætoris tamen interim monebimus edictum successorium, maxime olim habuisse temporis præfinitionem petendi bonorum possessionem, in liberis & patre annum, in aliis, centum dierum. Ne mora fieret creditoribus hereditatis longior, & ut elapsio hoc tempore, deuolueretur a proximiore gradu in sequentem, ius petendi bonorum possessionem ab intestato, l. 1. de success. edict. Quamquam creditores possent aliis remediis sibi consulere, & petere dari curatorem bonis, l. 1. de curat. bon. dan. P. Hic desiderares, & in successioibus quoque ab intestato, cognitionem graduum consanguinitatis & affinitatis. Sed habes lib. 9. syntagm. hanc iam explanatam, cap. 9. & c. 10.

